



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 16. Trivultii Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

scriptione visitur. Ceterum vulgo Car- Sæcul. XVI.
dinalis Spoletanus appellabatur. A.C. 1559.

§. XVI.

Trivultii Cardinalis extrema.

Ex Cardinalibus hoc anno defunctis *Ciac. p. 855.*
 tertius erat Antonius Trivultius pa- *Pallav. l. 11.*
 tria Mediolanensis, atque ex nobilissima *c. 8. n. 6. c. 9.*
 familia natus, quæ tunc temporis sub *n. 1. & 2. c.*
 Leone X. & Clemente VII. duos Cardina- *10. n. 1. l. 14.*
c. 1. n. 6.
 les, præter ceteros viros armis, toga-
 que clarissimos recensebat. Antonius
 matrem habuit Antoniam Barbiam,
 Patrem vero Hieronymum, qui Ordinis
 a Francisco I. eretti Eques quinqua-
 ginta regiis Franciæ satellitibus præ-
 erat, atque in prælio glorioſus occubuit.
 Porro Antonius, cum jurisprudentiæ
 studiis sedulam navasset operam, Ro-
 manam contendit, ubi utriusque, ut vo-
 cant, signaturæ Referendarius, ac po-
 stea Tollenensis Præſul renuntiatus est,
 cum hunc Episcopatum ei cederet Au-
 gustinus Trivultius Scaramutia ejus Pa-
 trius, qui a Leone X. Anno Domini
 millesimo quingentesimo decimo septi-
 mo Cardinalium Collegio fuit adscriptus.
 Perusinam deinde urbem Antonius tan-
 quam Legatus regebat, atque anno Chri-
 sti millesimo quingentesimo quadragesi-
 mo quarto Prolegatus Avenionensis cre-
 atus,

Sæcul. X^o. I.
A.C. 1559.

atus, ibidem hujus populi affectum mi-
re fibi conciliabat, necnon sese hæreti-
cis hunc comitatum veneno suo infici-
entibus strenue admodum opposuit, ac
ex Merindolano, & Calabrierensi oppi-
dis, aliisque ex locis, ubi grassari cœ-
perant, eos expulit, magnoque exer-
citu comparato, adjuvantibus etiam
Regis Christianissimi Ministris, auda-
ces illorum conatus fregit, quibus de-
victis, ac profligatis, & funditus dele-
tis, Pontificis jussu illa oppida igne
primum exussit, ferroque postea eadem
solo adæquavit. Missus postea fuit a
Julio III. in Gallias Nuntius, deinde ve-
ro Sedis Apostolicæ Internuntius ad
Rempublicam Venetorum anno millesi-
mo quingentesimo quinquagesimo septi-
mo ablegatus est, ubi a Paulo IV. sum-
mo Pontifice Cardinalitia dignitate do-
natus, Presbyter Cardinalis SS. Joannis
& Pauli creabatur, ac postmodum ab
eodem Pontifice Romam revocatus ju-
stitiæ signaturæ præficiebatur: vix au-
tem huic muneri fungi cœperat, cum
rursus relicta Romana urbe Legatus in
Franciam decerneretur, pacem inter
Henricum II. & Philippum II. Hispanie
Regem conciliaturus, cuius etiam ope-
ra hoc negotium Cameraci ad prospe-
rum deducebatur exitum: cum vero An-
tonius in Italiam reverti, ac promeri-
ta

ta laboris quiete frui vellet, in quodam loco, quem sancti Maturini oppidum vocant, unius diei itinere a Parisiensi urbe diffito apoplexia tangebatur, atque anno Salvatoris nostri millesimo quingen-
tesimo quinquagesimo nono die vigesima sexta Maji vivis eripiebatur.

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

§. XVII.

*Joannes Baptista Ghislerius Cardina-
nalis mortuus.*

Ex Cardinalibus hoc anno deceden- *Ciae. p. 864.*
tibus quartus, primus vero ex illis, *Caraccioli in*
qui sede vacante obierunt, erat Joan- *vita Pauli*
nes Baptista de Consiliariis, seu *Ghisi-* *Consigl.*
leriis, Patria Romanus, origine Bononiensis, ortumque duxit ex nobili Ghisleriorum familia, quorum majores virtute, & nobilitate vigentes, cum anno salutis millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto inter cives seditio oriretur, e patria expulsi fuerunt, & non nulli Boschum agri Alexandrini oppidum se contulerunt, ubi Frater Michael Ghislerius ortus est, qui postea in Pa- *Aubery hist.*
pam electus Pius V. nominabatur: al- *des Caudin.*
tera autem hujus familiæ stirps Romam secedebat, ac Ghislerii, seu Consiliarii nomen adoptabat, unde Joannes Baptista, de quo nunc agimus, pariter Ghislerius nuncupabatur. Hic ex Patre Bal-
Hist. Eccles. Tom. XLIII. T tha-